

1 nominatim conuenerit. Secundum haec et mutus pacisci potest. Huius rei argumentum  
etiam stipulatio dotis causa facta est: nam ante nuptias male petitur, quasi si hoc expres-  
sum fuisse, et nuptiis non secutis ipso iure euanescit stipulatio. idem Iuliano placet. Ex  
facto etiam consultus, cum conuenisset, ut donec usuras soluerentur sors non peteretur, et  
stipulatio pure concepta fuisse, condicionem inesse stipulationi, atque si hoc expressum  
fuisse.

5 ULPIANUS libro quarto ad edictum. Conuentorum autem tres sunt species. [B. 11, 1, 5] E  
aut enim ex publica causa fiunt aut ex priuata: priuata aut legitima aut iuris gentium.  
publica conuentio est, quae fit per pacem<sup>1</sup>, quotiens inter se duces belli quaedam paciscuntur. 9

6 PAULUS libro tertio ad edictum. Legitima conuentio est quae lege aliqua con- [B. 11, 1, 6] E  
firmatur. et ideo interdum ex pacto actio nascitur uel tollitur, quotiens lege uel senatus  
consulto adiuuat.

7 ULPIANUS libro quarto ad edictum. Iuris gentium conuentiones quaedam [B. 11, 1, 7] E  
1 actiones pariunt, quaedam exceptions. Quae pariunt actiones, in suo nomine non stant,  
sed transeunt in proprium nomen contractus: ut emptio uenditio, locatio conuentio, socie- 15  
ties, commodatum, depositum et ceteri similes contractus. Sed et si in alium contractum  
res non transeat, subsit tamen causa, eleganter Aristo Celso respondit esse obligationem.  
ut puta dedi tibi rem ut mihi aliam dares, dedi ut aliquid facias: hoc συνάλλαγμα esse et  
hinc nasci ciuilem obligationem. et ideo puto recte Iulianum a Mauriciano reprehensum in  
hoc: dedi tibi Stichum ut Pamphilum manumittas: manumissisti: euictus est Stichus. Ju- 20  
lianu scribit in factum actionem a praetore dandam: ille ait ciuilem incerti actionem, id  
est praescriptis uerbis sufficere: esse enim contractum, quod Aristo συνάλλαγμα dicit, unde  
haec nascitur actio. Si ob maleficium ne fiat promissum sit, nulla est obligatio ex hac con-  
ventione. Sed cum nulla subest causa, propter conuentioneum hic constat non posse con- 25  
stitui obligationem: igitur nuda pactio obligationem non parit, sed parit exceptionem. Quin  
immo interdum format ipsam actionem, ut in bona fidei iudiciis: solemus enim dicere  
pacta conuenta inesse bonae fidei iudiciis. sed hoc sic accipiendum est, ut si quidem ex  
continenti pacta subsecuta sunt, etiam ex parte actoris insint: si ex interuallo, non inerunt,  
nec ualebunt, si agat, ne ex pacto actio nascatur. ut puta post diuortium conuenit, ne tem- 30  
pore statuto dilationis dos reddatur, sed statim: hoc non ualebit, ne ex pacto actio nasca-  
tur: idem Marcellus scribit. et si in tutela actione conuenit, ut maiores quam statutae  
sunt usurae praestentur, locum non habebit, ne ex pacto nascatur actio: ea enim pacta in-  
sunt, quae legem contractui dant, id est quae in ingressu contractus facta sunt. idem re- 35  
sponsum scio a Papiniano, et si post emptionem ex interuallo aliquid extra naturam con-  
tractus conueniat, ob hanc causam agi ex empto non posse propter eandem regulam, ne  
ex pacto actio nascatur. quod et in omnibus bona fidei iudiciis erit dicendum. sed ex  
parte rei locum habebit pactum, quia solent et ea pacta, quae postea interponuntur, pareat f. 48  
exceptiones. Adeo autem bona fidei iudiciis exceptiones<sup>2</sup> postea factae, quae ex eodem  
sunt contractu, insunt, ut constet in emptione ceterisque bona fidei iudiciis re nondum  
FP(VU)

<sup>1</sup> etsi (u. i.)?    <sup>2</sup> pro pace?    <sup>3</sup> firmant B: fuisse pactiones? (u. i.)

1 rei om. F<sup>2</sup> 2 si om. PVU | hoc] nec F  
(em. f.) 3 stip. eu. P 4 petitur F | et] etsi  
malum: καν πούρως τις ἐπερωτήσης BS (Steph.)  
8 priuata om. F<sup>2</sup> 9 se om. F<sup>2</sup>, inter se in  
litura P<sup>2</sup> 12 adiubatur F 14 exceptiones]  
acceptioes P<sup>2</sup> 15 proprio P<sup>2</sup> | locato F  
(em. f.) locatio et PU 16 si in] sin F  
18 συνάλλαγμα γ. πλασμα P, γνησιμ V, συνάλ-  
λαγμα U 19 inc F (em. f.) | ciuilem] qui-  
lem F<sup>2</sup> | a mauriciano] ὁ δέ Μαρκιανός πρὸς  
Ἄγρων BS (Steph.) 20 pamphiliū man. F<sup>2</sup>  
21 incerti] intentam P<sup>2</sup>, incertam P<sup>2</sup> VU | id  
est om. P 22 συνάλλαgma P, σιλαγμα V, συν-  
άλλαgma U 24 set F<sup>2</sup> 25 pactio o'bl. F<sup>2</sup> |

non om. P<sup>2</sup> | quino immo F<sup>2</sup> 26 inter-  
dum] nondum P<sup>2</sup> 27 bona fidei iudiciis F  
28 si om. F<sup>2</sup>, ei γὰρ ἡ int̄erβάλλο, οὐκ ἔνε-  
στι τῷ συνάλλαγμα BS p. 560 (Steph.) | ine-  
runt] erunt P<sup>2</sup>, inerunt U 31 mareus' el-  
lus F | tu'te lae F<sup>2</sup> 33 id est quae] idemque  
quod P<sup>2</sup>, id. que U<sup>2</sup> | contractu P<sup>2</sup> | responso  
scio pap. P<sup>2</sup> 35 ob hanc causam] abhinc  
euusam F<sup>2</sup> | regulam' F<sup>2</sup> 36 fidei iudicii F  
37 'p'acts F<sup>2</sup> 38 'a'utem F<sup>2</sup> | exceptiones]  
FU, παραγραφai BS (Steph., Cyr. p. 566. 568):  
conuentioes P<sup>2</sup>, pactiones V<sup>2</sup> U<sup>2</sup> recte opinor,  
inc. P<sup>2</sup> V<sup>2</sup> | factae] factae P<sup>2</sup> 39 contracto  
P<sup>2</sup> | inepctione P<sup>2</sup>